

227 Tertio ulterius obijciunt, veniale saltem non remissum quoad culpam, si conjunctum sit cum mortali, peccandum esse pena aeterna in Inferno, quia quoad peccatum culpam in ratione culpae, peccaverat reatus, & dignitas ad penam; ergo quoad culpam peccaverat culpa in ratione culpae peccaverat & pena assumptum patet, quia dignitas pena est passio culpae, passio vero non potest non durare, quoad durat essentia, quam necessario consequitur. Consequentia vero probatur, quia reatus pena semper remanet, & pena ipsa semper durat in peccato mortali, quia semper durat culpa; Patres enim hoc modo probant aeternitatem poenae convenire peccato mortali, ut notat Scot. 4. dist. 46. q. 4. Q. ergo idem dicendum erit de poena peccati venialis in hac vita non dimissi, iustum enim est, quod durate in eis culpa venialis, duret etiam poena, ut quae fit, praedicebamus cum D. Aug. de peccato mortali, assignando rationem aeternitatis poenae illi correspondens. Deinde hoc idem probat Amicus ex D. Thoma, quia nihil inordinatum relinquit Deus in verum naturam, cum sit contra perfectionem veritatis, quam ipse intendit; cum igitur culpa non possit, nisi per poenam ordinari, si illum perpetuo in Inferno perseverantem sine poena relinqueret, relinqueret aliquid in hoc universo perpetuo inordinatum. Nec est eadem ratio de peccatis quae in Inferno damnati committunt, cum tamen illa Deus nova poena essentiali non puniat, quia illa committuntur in termino, in quo sicut non sunt amplius capaces novi poenae, ita nec nova poenae.

Respondet duplicem esse viam evadendi hanc difficultatem Prima est communis Scotistarum dicentium etiam poenam peccati venialis in hac vita non dimitti quoad culpam, posse in Inferno remitti, quia etiam ibi remitti potest culpa ipsa venialis, ut docet Doctor 4. dist. 21. q. 1. cit. Nec valet, quod obijciunt Thomistae, remissionem poenae etiam venialis requirere aliquam dispositionem, sed actum, per quem tollitur culpa, & poena illi debita; ista autem dispositio, & actus ad hoc ut sit Deus gratus, debet esse factus in gratia gratum faciente, ac proinde reperiri nequit in habente peccatum mortale. Non valet inquam respondens enim cum Scoto loc. cit. verum esse culpam illam tolli per gratiam, quae repugnat gratiae, & eam destruit, quia omnis privatio tollitur per positum oppositum, at culpa quae stat simul cum gratia, ut est venialis non tollitur necessario per eam, sed per aliquid aliud, sic in habentibus charitatem tollitur per aliquod opus bonum, in non habentibus eam, & extra hoc statum existentibus tollitur per solutionem debita poenae temporalis, quae simplex exactio poenae temporalis debita utique non sufficeret pro hoc statu ad delectionem culpae venialis quia satisfactio voluntaria pro hoc statu debitum non solvit, sed debet esse voluntaria, ut in alio statu debitum solvat, ut patet in Purgatorio, animabus enim ibi existentibus non per bonum actum voluntatis, quem habeant dimittitur veniale tum quoad culpam, tum quoad poenam, sed praesens ob solutionem poenae debite temporalis in hoc tamen statu requiritur aliquis actus, vel dispositio voluntaria ex parte penitentis, ut si dimittitur, quia est status merendi, & demerendi, cum sit status viae.

Sed quoniam haec via respondendi ad propositam difficultatem supponere videtur culpam habitualement venialem nil aliud esse, quam reatum poenae seu ordinationem, deputationem, & obligationem ad poenam temporalem, quia inflicta non dicitur amplius homo ordinatus, seu obligatus ad ulteriorem poenam, & ideo omnino sine culpa habituali. Et quoniam haec difficultas ex professo ventilanda est quae sequitur ubi agemus de macula, & peccato habituali, & independenter ab hac doctrina adhuc multi subsistent posse remitti in Inferno veniale quoad poenam, licet non quoad culpam, Altera via respondendi est, concessio non posse veniale remitti in Inferno veniale quoad culpam, adhuc negandum esse, quod nequeat remitti quoad poenam; ad argumentum vero propositum, Scotistae haec via incedentes communiter negant propositionem illam, quod durante culpa debeat durare, & poena, quae necessaria habeat inter se connexionem, potest enim manere culpa, & remitti poena, quando culpa semel est sufficiens poenae, sicut enim manet poena transiente culpa ita Hilarides & Aretin. loc. cit. uno Caspensi, inquit propositionem illam non esse absolutam veram, sed tantum, quando poena debita non est soluta. Verum ut dixi num. 2. 18. haec doctrina, nisi melius declaratur, difficultatem tollere non videtur, quia licet verum sit, & experientia doceat, manere obligationem ad poenam, transiente ac remissa culpa; nunquam tamen est contra videmus manere culpam, quin eam consequatur obligatio, & condignitas ad poenam, velut eius passio; Et quamvis replicare possent Scotistae probando poenam, quae difficilius est passioem conservari sine essentia, cum vero ab ea dependeat a priori, quam essentiam sine passione, quia ab ea soluta dependet a posteriori; atque ideo si admittitur ablata culpa, quae est essentia, maneret dignitate, & obligatio ad poenam, quae est passio, a fortiori quoque admit-

228 ti debet posse manere culpam sine tali passione ob aliquod impedimentum. Quamvis, inquam possent sic replicare Scotistae, ut paritas ad eis assumpta concedatur, quoniam tamen composita moralia non debent in eo rigore considerari, quo philosophica essentiae, sed in ordine ad prudentium iudicium, aeternis variis, ac diversis rerum circumstantiis cum apud mores iam certum sit, poenam culpam etiam remissam temerarie obligare ad poenam, non autem est contra culpam remanere sine obligatione ad poenam paritas illa non videtur sufficere probata.

Melius igitur, & distinctius ad argumentum concedendum est assumptum, quod quoad culpam peccaverat culpa in ratione culpae, peccaverat reatus, & dignitas ad poenam, & hanc semper manere, durante culpa, velut eius passionem; at neganda est consequentia, aliud enim est loqui de actuali poena, & aliud de dignitate ad eam: potest enim adhuc ista manere, culpa non retractata, si poena semel sit sufficiens in se ipsa, & soluta, ut si reus ob comillum crimen mereretur una tantum vice fugitari; si postquam est virgibus caesus, peccati parati non praeterit, adhuc enim est in eo habitus, vel morali manens, quatenus non est retractatum, dicitur investigatione dignum, seu illa poena, quae semel fuit inflicta, non tamen nova suscitatio, hoc enim esset novam dignitatem ponere, non antiquam durare; ergo cum jam antiqua poena sit inflicta, jam non est dignus ut ulla alia nova infligatur, sed dicitur dignus ea antiqua, quae jam inflicta est, ac soluta; adebet enim culpa in mortaliter manente, seu non retractata, manere debet semper dignitas poenae, non autem poena ipsa, quando est semel inflicta, & soluta; quod evidenter declaratur exemplo, Doctor enim eximus postquam semel de honoratis lauream accepit, adhuc dicitur laurea dignus, non quod sit semper laudandus, quoadm vivit, sed quia semper dignitatem retinet ad lauream, quam semel accepit. Concedo igitur antecedente, negatur consequentia ob rationem ad iudicium, quia sicut peccata damnatorum, quae faciunt de novo in Inferno, aut illa quae continentur physice, non puniuntur, quia eis non imputatur ratione status; ita multo minus debent puniri peccata venialia, quantumvis conjuncter non solum mortaliter, sed etiam physice, etenim in Inferno id quod proprie punitur, est ipsa actualis culpa, quam hic committitur, non autem habitualis, quae ut sic non addit actuali poenam malitiam; ad primam consequentiam probationem dico exactio peccatum manere in damnatis semper non ex eorum obstinatione, quia peccata, quae ibi committuntur, vel continentur, eis non imputantur ratione status, nec quia pro ista isto peccatum habuerit voluntatem offendendi Deum etiam in aeternum visisset, quia committendo mortale, credebant se in praecipitum euerse, ad quo propter visibus nunquam exire poterant, & tamen periculum certentes perierunt in eo, quare iustum est, ut perpetuo maneat poena, ut declaratur etiam supra num. 196. Patet autem in hoc sensu culpam venialem dici non posse perpetuo in damnatis permanere, cum veniale non sit praecipitum adeo profundum, sicut mortale, licet possit dici in alio sensu, quatenus nunquam eis in Inferno remitteretur; Accedit, quod adhuc magis, proprie loquendo, aeternitas poenae peccati mortalis debet poni ex ordinatione divina modo explicato num. 199. quam ex mortali, & habituali duratione & permanentia culpae; nam quod culpa quoque mortalis semper permanet in damnatis, & nunquam in Inferno remittitur, pendet etiam ex ordinatione divina, ut Suarez etiam concedit tract. 5. dist. 7. sect. 3. num. 1. ubi ait peccatum illam solum poenam mereri, sub qua lex est lata; licet verisimile sit ad hoc quoque concurrere materiam ipsius peccati nam Deus accommodat poenam dignitati culpae; unde cum materia peccati mortalis sit gravis, & magna Dei offensiva, statutum est, ut in alia vita sit in aeternum irremissibile, ac aeterna poena pleatur, & cum materia venialis sit levis, vel non debet esse in Inferno in aeternum irremissibile, sicut mortale; vel si est irremissibile ratione status, non exigit ut semper durante culpa veniali, duret poena; alioquin nullum esset discrimen inter malitiam, & gravitatem unius, & alterius.

Ad aliam probationem eisdem Consequenter ex Amico, 229 illamque, concessio antecedente negatur consequentia, quia culpa dicitur per poenam ordinari, quatenus per ipsam poenam iuxta proportionem delicti, modo jam explicato num. 217. Quando igitur damnatus est tandem sufficiens punitus ob veniale culpam poenam temporali illi correspondente; soluta semel tali poena, jam debet censeri culpa ordinata, quia nimirum puniuntur iuxta proportionem, etiam habitualiter adhuc talis culpa in damnato perseverat; non enim dicitur culpa ordinari per poenam, quasi semper per eam tolli debeat, & extinguatur; alioquin culpa mortalis non diceretur per aeternam poenam ordinari, cum per ipsam non tollatur; sed quatenus per eam pleatur iuxta proportionem delicti; Et quantum ad hoc, bene tenet paritas, superius adducta de peccatis, quae damnati in Inferno committunt, quae tamen nova poena non puniuntur; sicut etiam illa non puniuntur, quia in termino committuntur, & obli-

entur in Inferno, quia si venialis continuatio sit physica, five moralis tantum, cum talis continuatio fiat in termino, eadem ratione imputari non debet, nec nova poena puniri.

230 Quoad tandem arguit Suarez loc. cit. si veniale non remissum conijunctum cum mortali puniretur poena temporali in Inferno, etiam mortale non remissum ratione inordinatae conversionis puniretur poena temporali sensu; lequela probatur, nam etiam peccato mortali non remisso, ratione conversionis per se tantum debetur poena finita sensu; ergo si ideo peccato veniali conijuncto cum mortali debetur poena finita, quia per se illi debetur poena finita, etiam mortale non remissum puniretur poena finita sensu, cum etiam mortali non remisso ratione conversionis debeat poena finita sensu. Nec obstat conijunctio conversionis cum averfioe in eodem peccato mortali, sicut nec obstat conijunctio peccati venialis cum mortali in eodem supposito.

233 Respondeo, negando lequela cum ejus probatione; quoniam poena sensu peccato mortali debetur non tantum ratione conversionis ad creaturam, sed etiam ratione averfioe a Deo & ideo talis etiam poena in peccato mortali debet esse infinita extentive, & quoad durationem, & planè longe diversa est ratio de conijunctio peccati venialis cum mortali in eodem supposito, & conijunctio conversionis cum averfioe in eodem peccato mortali, quia conijunctio venialis cum mortali in eodem supposito est omnino per accidens, & extrinseca; ar conijunctio conversionis cum averfioe in eodem peccato mortali est per se, & intrinseca, siquidem ut docet idem Suarez eadem dist. sect. 3. num. 6. illa primum distinctio, & accommodatio ratione conversionis, & averfioe sic est nostra consideratio, nam reipso totum peccatum mortale est unum irreparabile malum, & ideo illi respondet una integra poena perpetua; Tum quia veniale consideratur secundum omnem malitiam, quam intrinsece includit, ratione conversionis, & averfioe, non debetur, nisi poena finita; at conversioni peccati mortalis considerata secundum omnem respectum, quem intrinsece includit, non debetur tantum poena temporalis, quamvis enim haec ei deberetur per respectum ad obiectum diffonum creatum, tamen ratione averfioe, & contemptus ultimi finis, quam intrinsece includit, ei debetur aeterna, ut audivit Amicus loc. cit. qua ratione fatetur, & ipse hanc rationem Suarez esse imbecillam.

QUESTIO NONA.

De macula, seu habituali peccato, quid sit, & in quo formaliter consistat.

234 Ceterum est apud omnes post actum peccati hominem manere peccatorem, atque idem aliquid in eo esse, per quod in esse peccatoris consistit, & a quo peccator dicitur quovis remissionem consequatur, ut passim ex Scriptura colligitur. Luc. 7. mulier quae erat in civitate peccatrix Roman. 5. cum adhuc peccatores essemus. Mart. 9. publicani, & peccatores discumbentibus cum Iesu. Hoc autem in eadem Scriptura loci vocatur macula, si loveris ventris, maculata est tamen es in iniquitate tua. Jer. 2. 22. In presentem diem in macula hujus sceleris in verbis permanes. Iosue 22. Beatus vir qui inuentus est sine macula. Eccl. 31. & alibi saepe, unde homo postea a tali macula per actum peccati contra Deum dicitur maculatus, sordidus, sordidus, immundus, coinquinatus, & abominabilis, ut patet passim ex Scriptura; Ex quo loquendi modo Sacre Scripturae etiam colligitur huiusmodi maculam, non esse tantum poenam, ut Durandus velle videtur 2. dist. 42. q. 1. sed verè, & proprie culpam, & peccatum habituale, a quo homo peccator dicitur; & denominatur habituale per aliquam analogiam, & proportionem, quam habet cum habitu; sicut enim habitus habet modum permanentis, & quiescit in anima; nec desinit esse, aut cito transit ista universaliter peccatum habituale quiescit in anima peccatoris, neque movetur, aut desinit esse, sicut physice transit, & desinit esse peccatum actuale.

235 Hoc autem supposito celeberris est controversia inter Scholasticos quid sit haec macula, & habituale peccatum, seu in quo formaliter consistat, & eo magis augetur, quod neque Scotistae inter se conveniunt de mente Doctoris in hac re; Quoniam verò peccatum habituale est duplex, unum dicitur personale, & aliud originale, personale est, quod remanet in peccatore; ratio- nem sui peccati commissi, five quod ipse suo nomine in se ipso habens commisit usum rationis, & appellatur peccatum proprium, originale vero est, quod trahitur ex peccato alieno, & sequitur perione naturam, ejusque originem; in presenti est semis de peccato habituali personali, nam de originali dicitur esse superius dist. 4. q. 5. Quamvis autem ab hac controversia abstinere potuissent, eo quia Quarta nosse, anticus amplexus sumus, in peccati opusculo de Macula adeo feliciter, & exactè eam pertractavit, mentemque Scoti, ejusque gentium de hac re sententiam adeo luculenter aperuit, ut nihil profus alioquin momenti possit addi, quoniam tamen haec est praecipua, & principalior quaestio hujus tractatus de peccatis, & Adversarii non

inferioris nominis post Gavarium de hac materia scripserunt, opportunitas visum est eam pertractare, & ex Scotistis fundamentis jam ab hoc praclarissimo Scotistae, idè stabilitis, praefatis Rechehoribus, si quid novi afferant, occurrere; Relictis autem, ac dimissis quibusdam antiquis, ac antiquitatis opinio- nibus, quas Scotus ipse 4. dist. 14. quae ubi haec ex professo questionem tractat, refert, & relictis, citè praecipuas opiniones, quae modo videntur in scholis, veritatem, & quoniam plures circumferuntur, ac variis modis defenduntur, per distinctos articulos eas examinabimus, ac tandem veram, & gentinam Scoti sententiam proponemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Propositor, & examinator communis Thomistarum sententia in privatione gratiae consistens habituale.

236 Prima itaque & valde celebris sententia peccatum habituale formaliter consistit in privatione iustitiae, & pulchritudinis animae, seu gratiae; ita Thomistae passim cum D. Thoma. 2. 2. q. 76. art. 1. & 2. ubi Cajet. Conradus, Medina, Valenzia, Suarez, Alvarez, Serra, Montinos, Lotca, Jo: à S. Thoma, Averis, Lezana, Amicus, Pelantius, & alii, qui tamen non eodem modo eam explicant; ac descendunt, quidam enim rigidiore Thomistae adequatè constitunt habituale peccatum in sola, ac simplici privatione gratiae, ali vero inaduatè tantum, addentes pro connotato respectum ad actum peccati in- sum praeteritum; ita tamen ut formaliter, ac proprie significatio in privatione gratiae consistat, tandem utrumque ex aequo complectuntur, ita etiam actum praeteritum, vel respectum ad illum essentialiter includunt in peccato habituali, vel ut patrem essentialiter, ejus simul cum privatione gratiae; qui singuli dicendi modi singillatim, & ordinatè sunt in hoc articulo relatiendi.

237 Primò igitur in sola, ac nuda privatione gratiae peccatum habituale non posse adequatè constitui evidenter probat Scotus 2. dist. 37. 6. esse q. quia privatio gratiae est aequalis in omni, qui sunt in peccato mortali, cum sit privatio in factu esse, sed macula peccati non est in omnibus aequalis; ergo non est sola, & pura gratiae privatio; Tum quia hinc sequeretur omnia peccata habituala esse ejusdem speciei, quia omnis privatio gratiae est ejusdem speciei, quandoquidem privationes non aliunde distinctionem sumunt, quam ab habitibus. Tum etiam quia hinc sequeretur peccatum secundum non esse peccatum, quia non privaret hominem gratia, quae per primum supponitur totaliter ablata. Respondent aliqui privationes gratiae dici inaequales secundum inaequalitatem gratiae praecedentis. Contra Instat Doctor, qui a hinc sequeretur majus peccatum esse majoris gratiae privationem, quod est falsum; sic enim quae parvam partem perderet magnam gratiam gravius peccaret, quam qui ob maximum furtum perderet minimum, imò si nulla gratia praecederet, nullum in eo esset peccatum; Tum quia gravius peccato teneretur qui per plures annos sanctissimè vixit, & tandem in unum mortale peccatum labitur; quam ille qui pluribus peccavit annis, & quando primò peccavit, valde remissam, aut nullam habeat gratiam. Tandem in eo, qui saepe peccat, nec unquam gratiam consequitur, hoc capite habituala peccata distingui non possent.

238 Confirmatur, qui a privatio gratiae est poena peccati, non autem peccatum ipsum ex ipso D. Thoma quaest. 1. de malo. Respondent privationem gratiae physice, & secundum se consideratam, prout est à Deo non conservante, utique non habere rationem culpae, sed poenae; moraliter tamen consideratam, seu ut effectum morale peccati actualis; à quo ortum duxit, esse culpam, & peccatum ipsum habituale. Contra, quia vel per id significatur, quod privatio gratiae fit in poenam actualis, & sic habetur adhuc intentum, quod sit tantum poena peccati; non verò peccatum, nam poena, ut poena; non est culpa, licet essentialiter eam supponat; vel significatur, ut ipsum actuale peccatum, vel respectus ad ipsum, sic connotatum peccati habitualis, aut pars essentialis ipsius, simul cum privatione gratiae, sic autem respondendo non amplius solvitur privationi gratiae adequata ratio peccati habitualis tribuitur, sed ad peccatum quoque praecedens recurritur, quod pertinet ad alios dicendi modos mox relatiendos. Denique si Deus pro voluntate auferret illi gratiam absque peccato ejus, talis caritatis, & privatio non esset macula, non esset habituale peccatum; nec per eam diceretur homo inimicus Deo; manere, quae in statu peccati; ergo privatio gratiae nude, & solitaria supposita non est macula, nec habituale peccatum, nisi aliud addatur.

239 Secundò; haec de causa dixerunt alii Thomistae gratiae privationem formaliter constituit peccatum habituale, non quidem nude, & solitarie sumptum, sed connotatum peccatum actuale, per quod amittitur gratia, & in ordine ad ipsam cau-



fam, quæ est peccatum præteritum; in Averfa, Lezana, Alvarez, Serra. & alii per hoc satisfecere putantes argumentis adductis, quibus evidenter convincitur non posse totam essentiam habituum peccati in sola privatione gratiæ constitui, videlicet inquit Serra ex D. Thoma cit. art. 1. ad 3. maculam non significat privationem gratiæ solam, sed in ordine ad suam causam, quæ est peccatum, & idem diversa peccata diversas maculas inducunt, & est simile de umbra, quæ est privatio luminis ob objecto alioquin corporis, & secundum diversitatem corporum objectorum diversificantur umbræ; si autem solam gratiæ privationem diceret macula, nec in eodem homine posset esse plures macule, nec una posset esse major alia, nam cum gratia sit unica tantum forma, non potest ejus privatio esse multiplex. Et cum quilibet peccati mortalis macula totius gratiæ sit privatio, totaliterque illam auferat, & non ita, ut pars ejus remaneat, & pars corruptatur; non potest una esse major altera; unde ut plures, & inæquales macule sint, oportet, ut non solam privationem gratiæ dicant, sed in ordine ad suam causam, quæ est peccatum: quamvis enim quantum ad ipsam privationem gratiæ non differant macule peccatorum; differunt tamen quantum ad causam, ex qua macula consequitur, & secundum hoc etiam quodlibet peccatum unam maculam addit, in quantum novum obstaculum gratiæ ponit.

240 Sed neque explicatio ista sufficiens est, nec sufficienter enervat argumenta ex Scotto adducta, magis enim, & minus in macula, & privatione, quam dicit habituale peccatum, sumi debet pænes formam, cui opponitur, & cuius est privatio; non vero pænes relationem ad causam efficientem, quæ formam destruit, & privationem causat, nam privationes univèrsaliter per habitus distinguuntur, & pænes illos suscipiunt magis, & minus, non autem per causas efficientes. Confirmatur, quia causa efficiens non potest facere, ut in privatione sit magis, & minus, si in forma, quam corruptum, non reperitur, v.g. quia anima rationalis requirit certam dispositionem in corpore, quo gradu ablato abicit; sive hic tollatur pluribus vulneribus, sive uno sufficiens illius destructivo, eodem modo homo dicitur interfectus; nec interfectio, seu mors est major; vel minor hoc, vel illo modo; ergo mors animæ, quæ est macula, seu privatio gratiæ, non potest esse major, vel minor in ordine ad peccatum majus, vel minus, tam per unum, quam per plura mortalia totaliter destruit; unde sicut corpore anima desinit per unum mortale vulnus, aut plura, non ob id homo ille dicitur magis, vel minus mortuus; sic anima vitæ gratiæ desinita sive per unum sive per certum mortale, non dicitur magis, vel minus mortua. Tandem exemplum illud de umbra non est ad rem, sed potius ad oppositum, umbra enim potest esse major, vel minor, quia non est privatio totius luminis, ut tenebræ per corpus enim magis, vel minus opacum interiectum, magis, vel minus auferat lumen à medio, & consequenter major, vel minor umbra causatur; at gratia per quodcumque peccatum mortale, sive majus, sive minus intrinsecum mortalis æquæ tota destruitur; unde sicut si inter lumen, & medium, corpus obliqueretur, ita opacum, quod omnino privaret medium lumine; si postea interiectur etiam aliud, & aliud corpus, non caulant minorem umbram, quia per primum fuit totaliter lumen impeditum; si autem in proposito, quia per primum mortale lumen gratiæ totaliter ab anima excluditur, idcirco quodcumque aliud apponatur, non intendit umbram. Et hac eadem ratione per eam doctrinam non bene salutare diversitas specificæ privationum gratiæ per ordinem ad diversa peccata actualia, à quibus caulantur, quia ex diversis corporibus umbra causantibus, non diversificatur umbra specificè, ut umbra causata ab homine vivo, & mortuo specie non differunt: similiter mors fetu causata, vel ligno est eadem specie, ed solum quia est privatio ejusdem vitæ. Sic etiam effectus positivi non differunt specie juxta causarum efficientium differentias, quia calor ab igne est idem specie cum calore à sole causato; ergo idem erit de efficientibus privativis, quod non sufficienter distinguunt privationes ab eis inductas.

241 Tertio, his de causis addit Averfa cum aliis præfatam D. Thomæ doctrinam, quod licet non adit diversitas ex parte privationis gratiæ, satis esse diversitatem ex parte causæ, hoc est, ex parte actualium peccatorum, sic esse intelligendam; non quasi sola causa sit diversa, sed quia cum privatio gratiæ sit macula, in quantum connotat actualia peccata, diversitas actualium peccatorum refunditur etiam in maculam; Vnde quia plura peccata multiplicat, eam propter quodcumque peccatum debeat eare gratia, eadem privatio gratiæ prout connotans diversa actualia peccata, habet rationem multiplicis maculæ, & juxta diversitatem peccatorum in sua specie, ac inæqualitatem in sua gravitate, est etiam diversa, ac inæqualis macula, ideoque non reddimus (inquit Averfa) talem rationem unitatis, & æqualitatis per totum respectum ad

unam, & æqualem gratiam; quinimo in casu nostro contingere potest, ut unus qui habebat majorem gratiam committere levius peccatum, quo amittit gratiam, & adhuc ejus macula dicitur minor, quam alterius; & aliter qui habebat minorem gratiam, committat gravius peccatum, quo eam amittat, & adhuc ejus macula dicitur major, non quia sit major privatio gratiæ in se, sed quia illa privatio habet annexam relationem rationis ad majus peccatum, vel plures relationes rationis ad diversa peccata, quibus relationibus Deus dicitur magis offensus, & anima dicitur magis maculata.

Cæterum neque ista explicatio sufficit, nec satisfacit argumentis num. 140. propositis, ex hac enim explicatione sequitur in primis maculam non esse rem vera privationem gratiæ, vel saltem non eam importare in recto, & magis principaliter; sed esse relationem illam rationis fundam in privatione gratiæ, & ad peccatum actualem terminatam, unde orta est talis privatio; consequenter probatur, quia eadem sunt principia constitutiva, & distinctiva alioquin rei; si ergo talis præcis respectus ad diversa, vel inæqualia peccata actualia, facit quoque diversitatem specificam, ac inæqualitatem habituum; talis respectus in recto, & de principali significato importatur, & non tantum in obliquo, & pro connotato. Confirmatur, quia si adhuc contendatur peccatum habituale in recto esse privationem gratiæ; ergo ad hoc, ut multiplicetur, debet quoque hoc rectum multiplicari, & non sufficit, ut radix, & causa multiplicetur, vel suum obliquum, & connotatum sit numero, aut specie diversum; Consequentia probatur, nam concreta accidentalia non possunt multiplicari, nisi multiplicato recto, alias qui plures haberet scientias esset plures scientes, an verò sufficiat pluralitas totius recti, nec ne, non est præsentis loci examinare; sufficit in præsentem non posse concretum accidentale multiplicari sine multiplicatione illius, quod ponitur in recto; sed rectum in proposito non multiplicatur; ergo nec peccata habituala erunt specie, vel numero multiplicata, nec inæqualia, quantumvis peccata actualia habuerint hæc omnia, nomen, speciem, & inæqualitatem. Rursus excelsus, & numerus vel est intrinsecus in solo peccato actuali, vel etiam in habitu; si primum, ergo solum extrinsecus est in peccato habituali; sive in privatione gratiæ, ac proinde intrinsecus unum non erit majus peccatum alio, nec unus magis peccator, quam alius; secundum, tunc Adversariis incumbit ostendere, quid amplius dicat peccatum habituale intrinsecus præter privationem gratiæ, ratione cujus peccata habituala numero, & specie sunt plura in uno, quam in alio peccatore. Demum ex hac doctrina sequitur, quod mortalia peccata æqualia non æquæ maculentur animam; consequenter probatur, nam primum peccatum habituale v.g. est privatio gratiæ cum respectu ad primum peccatum actualem præcedens; secundum verò peccatum habituale non est nova privatio gratiæ; nam illa per primum peccatum supponitur jam totaliter ablata, sed solum est nova relatio rationis fundata super privationem gratiæ præ existentem in anima propter prius peccatum, unde ex hoc capite esset minor macula priori peccato, cui supponitur æquale, eo quod novam gratiæ privationem non importat.

Respondent aliqui, quod licet peccatum peccatum non inducat novam gratiæ privationem, inductum tamen novam dignitatem ad eam primam privationem, quatenus ita meretur per hoc secundum peccatum, ut ei gratia auferatur, sicut per primum; quod sufficit, ut ea peccata dicantur æqualia, & æqualiter animam maculare. Contra, quia dignitas ad privationem gratiæ est ab ipsa privatione distincta, & illa sola est nova, non autem privatio; ergo secundum peccatum habituale, quod de novo incipit, non includit formaliter gratiæ privationem, sed meritum illius, seu dignitatem ad illam.

Quarto principaliter arguitur; si quis in puris naturalibus constitutus peccaret, contraheret maculam; at tunc privationem gratiæ non includeret nec in recto, nec in obliquo; non enim habet locum privatio, quando non est capacitas proxima forme; ergo macula non consistit in privatione gratiæ. Respondent Thomæ negando minorem, nam in eo quoque statu macula privationem gratiæ alio modo includeret, primo quia licet ante peccatum in eo statu gratia non erat peccata, ac proinde ejus carentia non erat privatio, tamen post peccatum consuevit peccans in necessitate habendi gratiam, ut emundetur à peccato, quia non aliter posset à peccato liberari, quam per gratiam justificantem, ideoque ex tunc carentia gratiæ inciperet esse privatio, scilicet macula, & habituale peccatum. Deinde quia peccatum actualem commissum in statu pure nature adhuc esset talis conditionis, quod si gratiam inveniret in homine, illam tollerit; ergo saltem in hoc sensu etiam in eo statu diceretur homo per peccatum gratia privatus; & hoc sufficit (inquit Serra) ut macula futi tunc, & modo commissi sint ejusdem speciei; sicut macula primi, & secundi peccati modo ejusdem sint speciei; licet macula secundi peccati actu, & de facto non privet gratia, quia eam non invenit in subiecto.

Sed

245 Sed contra, quia gratia nullo modo est debita homini in statu pure nature constituto, alioquin status ille non esset pure nature, sed gratiæ, instantum enim homo modo dicitur forme privatus habitu gratiæ, in quantum habet negationem illius, non solum cum capacitate, & aptitudine physica, sed etiam cum debito morali illam habendi; hic enim est terminus privatione non quacunque, sed morali, & culpabili; ergo falsum est peccatorem in eo statu dici posse gratia privatum, sed tunc potius simpliciter haberet gratiæ negationem, cum nullum morale debitum haberet eam habendi; ut modo habet in statu gratiæ; Vnde consequenter etiam falsum est, quod homo in eo statu indigeret habitu gratiæ, ut à peccato mundaretur, sicut enim tunc peccatum habituale gratiam non amitteret, ita resurgendo illam adipisci non teneretur, sed per solam extrinsecam Dei condonationem à peccato mundaretur. Neque etiam ex secundo capite sufficienter deducitur, quod in eo statu natura futura esset in peccatore negatio sub ratione privationis; quia privatio proprie dicitur esse negatio forme debita in esse, & non negatio forme, quæ si supponeretur in subiecto, destrueretur etiam ab alia adveniente; si ergo gratia nullo modo est debita homini in statu pure nature; ergo in eo statu non datur proprie privatio gratiæ in homine peccatore; sed pura negatio.

246 Respondent aliqui Tannerus disp. 4. quæst. 6. num. 19. & 20. hoc argumentum probare tantum privationem gratiæ non pertinere ad peccatum habituale abstrahendo ab hoc statu hominis ordinati ad finem supernaturalem; cum quo adhuc statu, quod privatio gratiæ modo essentialiter spectet ad constitutum peccati habituales. Vnde etiam Averfa cum aliis concedit in eo statu pure nature non aliam esse maculam, nec aliunde denominari habituales peccatores, quam ex peccato præterito non retractato, seu non remisso, sed connotante penam, sive cum reatu ad penam; Amicus autem disp. 1. cap. 2. inquit, quod macula in pura natura constituta fuit per privationem moralem conformitatis, quam homo in eo statu tenebatur habere cum lege naturali, & Deo ultimo fine, & auctore nature; at in hoc statu gratiæ non solum prædictam includit privationem conformitatis, sed etiam privationem conformitatis ad legem, & finem supernaturalem, quæ est ipsa privatio gratiæ habituales. Itaque auctores isti volunt peccatum habituale modo in statu ordinis supernaturalis esse alterius rationis ab eo, qui reperitur in statu pure nature; ad gratiam non elevatæ. Quam responsum alii non approbant, & præteritur Salas, quia cum peccatum habituale rationem habeat communem ad illud, quod contingeret in puris naturalibus, & quod modo contingit in ordine gratiæ, illud tantum cessari debet de essentia peccati habituales, ut sic, quod reperitur etiam in puris naturalibus; tunc quia macula futi tunc, & modo commissi sunt ejusdem rationis, ergo si tunc privatio gratiæ non constitueret essentiam habituales peccati, neque modo constituit. Sed miror Salas in hoc discursu fundari, etenim ipse tenens peccatum originale modo consistere in privatione gratiæ, hanc eandem adducens objectionem, quod in statu pure nature posset reperiri culpa originalis abique carentia alioquin habitus supernaturalis, eadem utitur responso, quam modo reficit; nempe in eo casu fore originalem distinctum ab eo, quod modo est, sicut fuisse peccatum diversum Dei cum primo homine ab eo, quod modo fuit in hoc terum ordine cum Adam; quod doctrinam nos quoque approbavimus supra disp. 4. num. 116. de peccato originali loquentes. Nec ejus ratio satis urget, quia assumptum verificatur tantum accipiendum peccatum habituale secundum rationem genericam, & communem ad illud, quod contingeret in puris naturalibus, & quod modo contingit in hoc terum ordine; cum quo adhuc stare posset, quod esset peccata diversa secundum rationem specificam, & sic etiam dici deberet juxta hanc doctrinam, quod macula futi tunc, & modo commissi essent ejusdem rationis genericæ tantum, non vero specificæ.

247 Et hæc quidem doctrina fundamentum habet in nostris principis, si enim nulla lex fuisset à Deo lata, nullum esset peccatum mortale; peccatum enim, ut supra dictum est, est ex natura sua legis transgressio, & instantum dicitur peccatum, in quantum est prohibitorium; lex primo dirigit, & obliat, & secundario facit transgressorem obnoxium culpe, & pæne; unde ex diversitate legis, & pacti divini, necessario sequitur diversitas specificæ peccati, & macula ex eo relinquitur in peccatore. Quare ut verum fateatur hoc quantum argumentum, cui auctores nostræ sententiæ valde fidunt; non multum curare videtur, nisi ulterius distictè probetur etiam in statu nature ad ordinem supernaturalem evede privationem gratiæ ad essentiam peccati habituales non pertinere; quod planè Adversariis fatere coguntur, si ponamus casum, quod Deus nobis modo auferret debitum habendi gratiam, remanente tamen debito servandi legem, & præcepta, ut jus acquiramus ad æternam, & supernaturalem

lem beatitudinem; tunc enim qui divinam legem violaret, essent peccatores, & tamen non essent formaliter habituales gratiæ privati; ex eo enim, quod debito morale non haberent illam habendi, simplicem negationem ejus haberent; non vero privationem. Nisi etiam ad hoc argumentum dicitur, quod in eo quoque casu, etiam in statu ordinis supernaturalis, peccatum habituale esset alterius rationis ab eo, quod modo est in quo ordine lege divina statum est, quod jus non habeamus ad gloriam, nisi per habitum gratiæ supernaturalem, nec consequenter flunstrali jure privati, nisi per privationem habitus gratiæ.

Sed quando etiam hæc solutio daretur, non adhuc per eam saluaretur peccatum habituale importate formaliter privationem gratiæ, sed tantum materialiter, & omnino per accidens, quatenus in hoc terum ordine, sicut ex ordinatione divina non habemus jus ad gloriam, nisi per habitum gratiæ, ita nec sumus tali jure privati, nisi per privationem gratiæ; quia ergo gratia non datur jus ad gloriam ex natura rei, vel in ratione habitus, & qualitatis, sed tantum moraliter, & ex ordinatione, ut disp. seq. constabit, ideo materialiter tantum, & per accidens dicitur modo ejus privatio spectare ad rationem maculæ, & habituales peccati; alioquin per se & absolute loquendo privatio tali jure haberet per ordinationem passivam ad penam damnationis æternæ, hoc est ad carentiam visionis, & fruitionis beatificæ, quod si habitus gratiæ non haberet jus ordinandi hominem ad Deum, ut ad ultimum finem supernaturalem, posset etiam modo dari habituale peccatum abique illius carentia, & privatione; & ideo hæc ratione dicendum est peccatum habituale modo etiam, & in hoc terum ordine, materialiter donaxat, & concomitantem includere privationem gratiæ; ut Gavarijus notavit disp. 1. cap. 2. num. 199. Vnde etiam Amicus disp. 24. cit. postquam dixerat num. 25. maculam in hoc statu nature elevatæ ad finem supernaturalem includere privationem gratiæ, hoc magis infra declarat, inquit; talem privationem includere, tanquam materiam; respectum verò ad præteritum peccatum, tanquam ad formam; quod inde probat, quia id est habet in quolibet constituto, ut materia, quod commune est etiam aliis; id autem ut forma, quod proprium est unius, & discretivum alterius; sed privatio gratiæ est communis omnibus maculis; respectus verò ad aliud peccatum, tanquam ad causam, & proprium uniuscuiusque; & discretivum unius macule ab alia, ergo Sec. videtur itaque Adversariis quoque ipsos fatere privationem gratiæ, non nisi materialiter ad essentiam peccati habituales spectare; ita etiam Suarez de peccatis disp. 6. sect. 1. & lib. 7. de gratia cap. 20.

Quindò tandem ad obviandum, etiam in hoc terum ordine, nempe nature ad ordinem supernaturalem elevatæ, privationem gratiæ ad constitutum peccati habituales non pertinere, solet urgeri argumentum ex peccato veniali deductum, quia peccatum veniale habituale intelligitur abque illa privatione gratiæ, & abque privatione cuiusvis forme sanctificationis; sicut ergo veniale habituale sine hac privatione intelligitur, ut Adversariis ipse concedunt, Averfa, Lezana, Amicus & alii, sic etiam mortale habituale poterit intelligi, & id quod superadditum peccato venialia actuali commissio illud constituit in esse habituales, mortali superadditum in eodem constituit statu; quam rationem ceteris validiorem contra Thomistas existimant Arriaga, & Oviedo. Neque negari potest ex veniali peccato maculam relinquere, ut quidam dixerunt; nam justus in Sacramento penitentis verè abluuntur à peccatis venialibus etiam quoad culpam, ut asserit Trid. sess. 4.

Respondent, disparatem esse rationem de peccato mortali, & 250 veniali, quia veniale non caulat privationem alioquin sanctitatis, neque est causa, ut sanctitas habituales diminuat; privatio verò sanctitatis semper est cum mortali conjuncta. Sed Contra, quia ut inquit Arriaga, eadem quoque privatio est necessaria connexa cum peccato actuali mortali, non minus quæ cum habituali; nec tamen ob id dicitur illam essentialiter constituere peccatum actualem, quæ quidem instantia valde notanda est, quia omnes rationes quæ ab Adversariis arguntur ad probandum gratiæ privationem ingredi debere habituale, æquæ bene urgent etiam de actuali, ut mox constabit in eorum solutione; Itaque regula est metaphysica, quod rerum essentia non debent indiscriminatim desumi ex his, quæ de facto habent necessarium annexa, alioquin & anime potentias dicere debentur ad ejus essentiam pertinere, & univèrsaliter passiones omnes ad essentiam sui subiecti, cum quo necessarii habent connectionem, quamvis ergo in proposito privatio gratiæ in hoc terum ordine necessariam habeat cum habituali mortali connectionem, non rectè inferitur illius essentiam constituere sed tantum eam necessario comitari, vel esse passionem, atque ideo ad eam non spectare formaliter; sed tantum concomitantem, alias rationes ad idem non spectandas vide apud Arriagam loc. cit.







asferendo peccatum originale in privatione iustitiae originalis formaliter consistere, et enim etiam ut importat talem carentiam, est culpa averrens ab ultimo fine, ut Doctor significat 2. dist. 32. in fine, quod quomodo venisset, jam declaravi dist. 4. nu. 12. & 124. ex eodem Scoto in repositis 2. dist. 33. quoniam, cum ergo habituale originale, & persona in hac communi ratione conveniant avertionis habitualis a Deo, etiam originale importet carentiam iustitiae originalis, jam patet, quomodo ex nostra positione non tollatur omnis univocatio nis gradus inter utrumque.

261. Quomodo tandem, peccatum dicitur mortale a morte; sed mors animae est privatio gratiae, sicut caritas est vita spiritus nostri, ergo ad talem privationem appellatur mortale, & per consequens gratia privata manens in anima elapso jam actu peccaminoso, dicitur peccatum mortale habituale, Conf. nam necessario debet dici mortale, vel ratione malitiae moralis, vel ratione avertionis a Deo sine ultimo; non primum, quia malitia moralis consistit vel in disconvenientia cum rationali natura, vel in contrarietate cum virtute morali, quorum utrumque etiam veniale ipsum includit, sapere est ergo secundum, quod ratio, & essentia peccati mortalis in ea posita sit, ut tollat vitam spiritalem.

262. Respondeo argumentum aequè bene probare de peccato actuali, sicut de habituali, siquidem, Concilia, & Patres indifferenter mortem appellant peccatum tam actuale, quam habituale, & tamen etiam Adversarii concedunt peccatum actuale non importare formaliter privationem gratiae sanctificantis. Deinde jam dixi n. 358. Scutum non penitus excludere ad macula peccati mortalis privationem gratiae, sed tantum asserere non ab ea sola dici hominem peccatorem, quod sufficit, ut peccatum dicitur mortale, etiam si habitualitas non formaliter constituitur in privatione gratiae. Denique etiam reatus, vel dignitas poenae, in qua statuerimus inferius formalitatem habituales peccati, dici potest mors spiritualis animae, siquidem talis mors spiritualis optime explicatur per obligationem passivam ad poenam aeternam, sicut enim vita spiritualis animae consistit in eadem supernaturali conjunctione cum ultimo fine supernaturali per beatitudinem assequendo; ita mors spiritualis eisdem in privatione talis conjunctionis consistit, & consequenter in reatu, seu obligatione ad poenam. Ad Conf. peccatum dici potest mortale ex utroque capite ibi assignato, ex primo quidem quia malitia moralis ex Scoto 2. dist. 11. qu. 1. quando opponitur rectitudini necessitate ad gratiae conservacionem, dicitur mortale, quando autem contrariatur rectitudini nulli duntaxat, dicitur veniale iuxta dicta superius in hac dist. quae 6. art. 1. potest etiam dici mortale ex secundo capite, quatenus per mortale peccatum manet homo simpliciter avertens a Deo sine ultimo (supernaturali), sed huiusmodi avertens non tantum explicari potest per privationem gratiae, verum etiam per passivam obligationem, vel ordinationem ad poenam culpae actuali correspondentem, scilicet, aeternam, si sit mortale, temporale vero, si sit veniale, unde secundum Scotum 4. dist. 11. qu. 1. C. & dist. 22. S. peccatore obligari ad poenam aeternam ob peccatum commissum est ipsum averti ab ultimo fine supernaturali, adeo ut hominem esse reum aeternae damnationis, & esse simpliciter avertens ab ultimo fine sunt unum, & idem apud Scotum, ut Gavaius quoque notavit dist. 1. n. 322. Quoniam tamen de facto huiusmodi denominationes inimicitie cum Deo, avertionis ab ultimo fine, dignitatis, & obligationis ad poenam non habentur in homine peccatore, nisi mediante privatione gratiae sanctificantis, sicut oppositae non habentur in iusto, nisi media gratia, cum tamen simpliciter, & absolute sine ipsa haberi possent; hinc dicimus privationem gratiae de facto aliquoties peccare ad integritatem peccati habitualis, modo jam explicato nu. 258. & amplius inferius explicando in declaranda Scoti sententia.

ARTICULUS TERTIUS.

Resolvitur communis Recentiorum opinio habituale consistens in actu praeterito non remissio, nec retractatio.

263. Communis Recentiorum sententia est, peccatum habituale non aliud esse, quam ipsum praeteritum peccatum, & carentiam condonationis divinae, ac aequalis satisfactionis ex parte peccatoris; idem enim esse dicere peccatum habituale esse actum praeteritum non condonatum ex parte Dei, nec esse actum retractatum ex parte peccatoris, ac dicere esse actum praeteritum, & negationem condonationis, & satisfactionis. Non omnes tamen in huius doctrinae explicacione conveniunt, quidam enim volunt hanc tria formaliter intrare constitutionem habituales peccati, adeo ut intrinsece componatur ex peccato actuali praeterito, & ex negatione condignae satisfactionis, & condonationis Dei, nam tribus istis intellectis, eo ipso intelligimus hominem actu

esse Deo inimicum, odio divino, & pena dignum, & quolibet eorum deficiente non datur peccatum habituale, ita Arriaga disp. 50. sect. 4. num. 20. Cardinalis de Lugo disp. praesentis in toto de poenit. sect. 4. Tannerus disp. 4. sect. 6. Coninch. de poenit. disp. 2. dub. 10. Granad. tra. 3. 3. disp. 1. sect. 1. Salas tra. 1. 13. disp. 1. 4. ubi alios quamplures citat. Alii vero ita essentialitiam peccati habitualis in actu praeterito non retractati, neque remissio consistere dicunt, ut duae illae negationes, retractationis, scilicet, ex parte peccatoris, & condonationis ex parte Dei sint solum purae conditiones, ut peccatum mortaliter duret, adeo ut formalis denominatio peccatoris fiat solum ab ipso actu peccati praeterito reduplicative, & ab eo in quantum per poenitentiam non retractato, & a Deo non remissio specificative; itaque negatio retractationis, vel remissionis occurrit tantum, ut conditio, vel approximatio, aut potius impedimentum remodii ad illam denominationem, non autem ut forma totalis, vel partialis, ita Valquez disp. 133. c. 2. & Suarez tom. 4. disp. 9. sect. 3. Alii tandem ajunt illas duas negationes utique exigat ad permanentiam moralem peccati in anima; unam ex parte hominis, quae est negatio compensationis; alteram ex parte Dei, quae est negatio remissionis; ita tamen ut secunda sola peccet ad essentiam habituales peccati, quatenus habituale; prima vero ratione tantum sui effectus, quatenus ex hoc; quod homo non penitit, sequitur non esse eum remissionem peccatum, & consequenter adhuc habere peccatum habituale, quia de lege divina, & ordinata non remittitur peccatum, nisi prava satisfactioe.

Cum hac autem sententia uno, vel alio modo explicata coincidit modus dicendi quorundam Scotistarum hujus aetatis, quos memorat Gavaius disp. 1. c. 1. sect. 9. qui ponunt habituale peccatum indivise consistere in duplici negatione conformitatis, scilicet, ad legem justam, quam praevocatur esse homo per actum praeteritum; & ad legem justificatricem, cui conformari tenetur eliciendo post actum commissum actum debitum satisfactiois; legem enim justificatricem appellant isti, baptismum, poenitentiam, martyrium, actum charitatis, & omnem alium actum, per quem iustus legislator decrevit sibi satisficere debere pro illata offensa; Itaque in peccatore statim, ac peccavit, dicit reperitur negationes, vel potius privationes; una quia non egit conformiter ad legem justam; altera, quia non agit conformiter ad legem justificatricem post peccatum commissum, & in his duabus negationibus simul sumptis consistit formalitas peccati habitualis, per quam peccator est formaliter injustus. Ex quibus patet hunc dicendi modum coincidere cum sententia relata, negatio enim conformitatis ad legem justam in actu praeterito formaliter est hominem peccasse; altera vero negatio conformitatis ad legem justificatricem in actu debito futuro est non retractasse, vel debite satisficisse pro illata offensa. Hanc vero sententiam Recentiores omnes relati a Basilio, & Io. Majori desumpserunt, iste enim 4. dist. 14. quae 1. inquit cum, qui lapsus est, reum, ac peccatorem dici, non ab aliqua relatione reali, aut rationis causata per actum voluntatis volentis offensorem ordinare ad poenam; sed quia fecit aliquid contra legem Dei, vel omisit aliquid quod facere tenebatur, & nondum est detestatus formaliter, vel virtualiter, ille vero eadem dist. 14. quae 2. inquit, non posse hominem cessante actu peccaminoso dici formaliter peccatorem ab aliquo sibi formaliter inexistente, sed a peccatis, quae inferuntur; hoc enim modo, ait, frequenter sunt denominationes secundum nomina verbalia, non ab eo, quod inest actu; sed ab eo, quod inest, sicut Doctor dicitur, non solum, qui actu docet, sed qui aliquando docuit; ita peccator dicitur, non qui inferuntur, sed qui aliquando peccavit; hoc est a peccatis, quae inferuntur, quorum tamen non panituit, vel quae per aliam viam deleta non sunt.

Prima Conclusio.

Dico Primum, peccatum praeteritum non concurrere intrinsece, & essentialiter ad constitutionem peccati habitualis, vel permanentis. Haec est contra omnes praedictos Auctores, qui in hoc convenite videntur, quod peccatum praeteritum concurrat, ut pars intrinseca, & essentialis peccati permanentis, imò aliqui volunt concurrere, ut formam totalem, a qua sumitur denominatio peccatoris, negationes vero illas retractationis, & condonationis solum, ut conditiones. Primum itaque hoc assertum probat Valpes dist. 1. 30. art. 1. quia denominatio peccatoris ex Scriptura, & Concilio est per modum formae ad praesens denominantis; sed omnis talis denominatio praesens sive intrinseca, sive extrinseca fit a forma realiter praesente sive intrinseca, sive extrinseca denominato, quatenus tota nititur ejusmodi formae denominanti; ergo si forma est praeterita nullum in se esse habens, quomodo potest denominare pecca-

peccatorem per modum praesentis; maxime cum a peccato praeterito non accipitur alia denominatio realis extrinseca; nisi per modum praeteriti, quod homo peccaverit, ut hic, & nunc denominetur loco peccasse, qualis denominatio remanet etiam in homine iusto post poenitentiam, & peccati remissionem. Sed facile respondent Adversarii utique hominem a culpa praeteriti, ut sic praesens consideratis, denominari tantum verbaliter peccasse, non peccatorem nominaliter; ac sic etiam denominari potest a peccato praeterito, ut non retractato, vel non remisso; ut si enim putatur moraliter praesens, adeo ut iste due negationes concurrant ad hanc denominationem vel ut pura, & simpliciter conditiones, vel etiam ut partes intrinsecae ejusmodi denominationis iuxta varios dicendi modos jam relatos; unde si ad hoc non sufficit, ut concurrant tamquam pure conditiones, ut ibi contendit Valpes, quemadmodum dicebant Suarez, & Valquez, jam alii admittunt, quod concurrant, ut partes intrinsecae talis denominationis. Neque novum est in genere moris etiam a quibusdam actibus physice praeteritis, quibusdam potius conditionibus desumptis denominationes, tanquam si re vera forent praesentes, ut passim constat in actibus humanis; qui enim offendit hominem, censetur moraliter manere in eo offensa, quamdiu non satisficitorie; nec alter ei offensam remittit; sic etiam valor, qui est in re per taxationem, censetur moraliter manere in illa, quamdiu lex non mutatur; qua ratione etiam consensus matrimonij, & aliorum contractuum habitualiter manet, ergo si miser actus malus praeteritus censetur manere praesens, quamdiu non compensatur, nec condonatur.

266. Secundo probat Gavaius dist. 1. cap. 1. sect. 14. si peccatum praeteritum intrinsece, & essentialiter concurreret ad componendum formale constitutum, peccatoris, sequeretur neminem unquam perfecte justificari, nec unquam posse Deum perfecte, & totaliter tollere ab anima maculam peccati, consequentia patet, quia peccatum in quantum praeteritum non potest destrui, cum ad praeteritum potentia non detur, si autem hoc non destruitur, quod ponitur pars intrinseca, & essentialis peccati habitualis, nec etiam peccatum ipsum habituale poterit perfecte, & totaliter destrui, nunquam enim totaliter dicitur destructum compositum aliquid, si aliqua pars ejus intrinseca, & essentialis remaneat. Sed nec hae ratio convincit, nam cum praefati Auctores ultra peccatum praeteritum requirant etiam ad integritatem habituales peccati carentiam retractationis, vel remissionis, ne dum ut conditionem necessarium requisitam, sed etiam aliquam partem intrinsecam ejus, & essentialem, hinc evidentur inferunt, quod ablata carentia retractationis, vel condonationis, istum peccatum destruitur, quod in ea totalitate consistebat indivisibiliter, complexum enim ex his tribus dicitur esse peccatum habituale, ita ut quolibet eorum deficiente non datur peccatum habituale, probatur consequentia, quia ut destruitur totum aliquid categorice, nec sumptum perfecte, & complete, plane opus non est, omnes partes ejus destrui, sed sufficit unam destrui, si sit essentialis, ut consistat de omnibus his sufficiens compositus, quae dicuntur perfecte, & complete destructa per solas formas destructionem, etiam si materia prima remaneat, quae doctrina est conformis Arist. 1. de gener. text. 23. ubi definit generationem esse mutationem totius in totum in sensu allegato, hoc est totum generari, aut destrui ut explicat Scot 4. dist. 11. quae 1. & quae 10. quatenus accipitur categorice, & prout est aliquid per se unum secundum talem rationem indivisibiliter acceptum, non autem sine categorice, & quoad singulas sui partes. Praeterea, cum inquit peccatum in quantum praeteritum non potest destrui, quia ad praeteritum non datur potentia, ac proinde nec Deus facere potest, quod non praeteritum, hoc verum est tantum physice, loquendo non posse, scilicet, facere quod factum non fuerit, moraliter tamen loquendo potest facere, quod non praeteritum, illud nimirum condonando, & remittendo; eo enim ipso, quod peccatum est remissum se habet apud Deum perinde, ac si factum non fuisset juxta illud Michae 7. deponit iniquitates nostras, & praeteritum in profundum maris omnia peccata nostra peccatum ergo praeteritum potest facere Deus quod non fit praeteritum in hoc sensu.

267. Tertio probant Ouyed. tr. 6. contr. 8. quae 3. evidentissime ut ipse putat, si peccatum actuale est actus praeteritus non destructus per retractationem, vel condonationem, importatur non destructio, ut pura conditio, ut afferunt Auctores, qui non retractationem, vel non condonationem exigunt, ut puras conditiones, non autem ut partes intrinsecae peccati habitualis, ergo praeter non destructioem, quae est conditio, datur aliquid, quod dicitur, & sit non destructum, & potest esse destrui, jam vero de hoc inquitur, quid sit, non potest esse actus praeteritus, sed actus praesens, quia hoc destrui non potest, praeter hoc nihil aliud assignant Auctores illi, ergo non explicant quid sit peccatum habituale formaliter sumptum, ut constitutum a conditioe, neque juxta eorum principia pote-

rit assignari, si aliquid non addatur praeter hoc, quod est praeteritum actum, & negatio destructionis, ut conditio. At neque haec ratio urget, quia ut dixi in examine praecedentis rationis, actus praeteritus, licet destrui non possit physice, ita quod physice factus non fuerit, potest tamen destrui moraliter in sensu jam declarato, tum quia est mera questio de nomine, in requisitum, essentiale debet praesentis cum sit fermo de quodam composito morali, qualescunque illud aggregatum ex peccato praeterito, & duabus illis negationibus, in quo ponunt Auctores illi formalitatem, & essentiam peccati habitualis.

Quarto itaque melius probati potest, peccatum praeteritum non concurrere intrinsece, & essentialiter ad constitutionem peccati habitualis, & permanentis, quia vel concurreret (se loquendo, ita ut homo dicitur peccator a peccato commisso, & praeterito, ut sic vel; simul cum praefatis negationibus retractationis, & condonationis, veluti puris conditionibus, aut etiam comparibus eisdem peccati habitualis non primum quia non minus diceretur peccator homo per justificationem, argui erat antea, non etiam post remissionem adhuc verum est dicere, quod peccavit. Neque secundum, quia nec etiam illae duae negationes, nec per modum purae conditionis, nec per modum partis intrinsecae ad constitutionem peccati actualis concurrere possunt ut mox dicemus. Tum quia si id verum esset tantum abest, quod duae illae negationes concurrerent per modum purae conditionis, quod porius dicenda forent rationes formales, aut peccatum praeteritum sub ipsi conceptum constituat rationem peccati habitualis; quandoquidem ab ipsi praesens indifferenter reperitur in homine ante, & post justificationem; cum in utroque statu verificetur ipsum peccasse, ratione cuius indifferenter potius dici debet, quod mere materialiter se habeat ad constitutionem peccati habitualis quam quoad eam formaliter intrinsece.

Secunda Conclusio.

Dico secundum, neque peccatum praeteritum, ut non revocatur, vel retractatum formaliter constituit peccatum habituale, adeo ut talis negatio sit pars formae ipsius, vel saltem conditio essentialiter requisita. Haec etiam statuit contra relatos Auctores, & probatur a Fabio dist. 10. de poenit. cap. 2. num. 34. transacto actu peccaminoso, etiam peccator est illo nihil amplius cogitans, nec ullo modo sibi in illo complacere, v.g. si inciperet dormire vel aliud negotium peragere, nihilominus peccatum, & macula remanent ergo habituale peccatum nequit in actuali eo modo continuo consistere, probatur consequentia, quia in tali casu ille non dicitur continere actum peccati nec actu, nec habitum, alioquin nulla esset differentia inter eum, qui continuus in peccato manet, ut est concubinarus, & eum qui semel unum peccatum commisit absque animo illud continuandi, licet non adhuc illud retractaverit. Sed facile responderi potest negando consequentiam cum eius probatione, quoniam peccator quamdiu peccati commissi non penitit, censetur sibi in illo complacere, etiam si deinceps eundem actum explicito non amplius repetat, quia solus deinceps ad actum peccati non tollit continuationem moralem culpae, nisi adhibeatur actus penitentiae, quo peccatum commissum revocet, ac deservit formaliter, vel saltem virtualiter, concubinarus autem peculiariter quodam modo dicitur in peccato continuare, sistendo nempe in occasione peccati, qui modus perseverandi in peccato longe diversus est ab isto, de quo hic est fermo; concubinarus siquidem non tantum dicitur peccator, quia peccati commissi non penitit, sed etiam quia pergit actualiter offendere Deum saepius idem peccatum repetendo ex occasione proxima; Per quod etiam satisficit replicis Gavaii eadem ratione veniens contra responsum allatum, & etiam casus ille, qui assert, quod quis statim in odio habeat, & ab odio deinde ad immoderatam dilectionem transeat, per huiusmodi actum contrarium non tollitur ab eo peccatum odii praeteritum, sed verum in eo permanet, non obstante retractatione per actum contrarium dilectionis. Non inquam, haec replica urget, quia hic non est actus contrarius, per quem dicimus revocari debere peccatum praeteritum odii, talis enim debet esse aliquid actus, quod respicit ad peccatum, & non quo de novo peccet, qualis in casu proposito est actus immoderatae dilectionis, qui in eodem casu contrariatur tantum aucti praeterito odii in genere physico, non autem in genere morali.

Secundo itaque melius probatum conclusio, quia si talis negationem retractationis habituale peccatum formaliter includeret, impliciter averti sine poenitentia, & satisfactioe, ut tenebras sine luce; consequens esse falsum, quia peccatum sine poenitentia remitti potest absolute loquendo per solam extrinsecam condonationem, ut omnes fere Doctores docent cum Scoto 4. dist. 14. quae 1. art. 2. & dist. 16. quae 2. & dicitur dist. 14. quae 4. quod argumentum procedit etiam ponendo eam negationem



gationem ad constitutionem habituales concurrere per modum simplicis conditionis essentialiter requiritur, & non per modum partis intrinsecæ. Conf. quia si habituale peccatum includit carentiam satisfactoriam per modum partis intrinsecæ, vel sicut conditionis necessarij requisitæ; ea posita non posset manere, sicut manere nequeunt tenebræ posita luce; sed hoc est falsum; nam si quis gravissimam iniuriam Regi intulit, & si postea doleat, non debet per hoc culpam in Regem sic, ut non possit adhuc ab eo puniri: cum nulla peccatoris opeta possint esse satisfactoria de condigno, nedum de rigore iustitiæ præterit obligantia ad acceptationem, & ad non puniendum.

271. Respondent aliqui argumentum probare solum, maculam abolere loquendo non consistere in tali negatione satisfactoria, & retractationis, at cum de facto non remittitur peccatum nisi retractum, & compensatum, consequenter de facto macula includit talem negationem. Contra peccatum de facto non remittitur, nisi prævia satisfactoria; ergo per satisfactoriam, alioque huiusmodi actus non formaliter, sed solum dispositivè habituale peccatum, & ita vera est, quia Conc. Trid. sess. 6. docet actus nostros esse tantum dispositiones ad iustificationem, quam 7. ait non esse solum peccatorum remissionem, sed etiam animæ sanctificationem, & sess. 14. c. 1. ait contritionem fuisse omni tempore necessariam ad impetrandam peccatorum veniam; si ergo imperativè solum, & dispositivè, non autem formaliter iustificamur, & tergiur per contritionem, consequenter habituale peccatum formaliter præferre non potest negationem satisfactoriam & retractationis. Con. quia si idè formaliter esset hominem conteri, & peccatum deleri, certe impetretur promittere Deo peccatori deletionem peccati quotiescumque exhibeat actum contritionis iuxta illud Exech. in quacumque hora ingemuerit peccator, & c. quia in ipso tempore contritionis, dono clarioris peccatorum remissionem, undè promitteret id quod non posset non facere, imò nil distinctum promittere à conditione requisita ad promissæ executionem, ut fufius infra disp. 7. q. 4.

272. Tertio adhuc evidenter probatur, negatio retractationis supponit peccatum, & maculam moraliter, & habitualiter in anima permanentem; ergo non concurrat ad formale constitutum peccatorum nec ut pars eius essentialis, nec ut essentialis conditio, consequenter patet, probatur assumptum; peccatum quod habitualiter permanet in anima est id, quod per se primo est obiectum retractationis; ergo si voluntur retractationis sicut obiectum præsupponitur actui, etiam & eius negationi præsupponi debet; probatur paritas, quia sicut retractatio præsupponit peccatum in anima perseverans moraliter, quod retractari debet, ita negatio retractationis supponit idem peccatum, quod retractari debet, & non retractatur. Conf. quia culpa potest ab homine retractari, & non retractari, ergo non solum est obiectum actualis retractationis, sed eiusdem etiam negationis, atque idè non minus huic, quam illi præsupponi debet, si figurè habituales culpa supponitur. In suo esse constituta antecedenter ad negationem retractationis; planè huiusmodi negatio ad ejus constitutionem concurrere nequit, nec ut pars eius intrinsecæ, nec ut conditio essentialiter requisita. Demum peccatum habituale ex se indifferens est ad retractationem, & eius negationem, potest enim ab homine retractari, & non retractari; ergo neutrum formaliter in sua ratione formali includit, sicut hac ratione animal nec rationalitatem, nec irrationalitatem dicitur formaliter includere, quia ad utramque est indifferens; & sicut animal hac ratione dicitur præsupponi essentialiter constitutum antecedenter ad rationalitatem, & irrationalitatem, ita pariter peccatum habituale essentialiter constitutum præsupponi debet antecedenter ad retractationem, & non retractationem.

Tertia Conclusio.

273. Dico Tertio, neque peccatum præteritum, ut à Deo non condonatum nec remissum constituit formaliter habituale peccatum, quasi talis negatio sit pars formalis ipsius, vel saltem conditio essentialiter requisita. Hæc conclusio est contra eodè Auctores, & probari solet, quia si negatio remissionis spectat ad essentiam habituales peccati, sequitur Deum esse illius auctorem, illudque conservare in homine; probatur consequentia, quia peccatum quam diu non remittitur, conservatur, sed non remittitur pendet totaliter à Deo, ergo & conservatio ejus habituales pendet totaliter à Deo. Respondent aliqui id eorum, si carentia condonationis sit pars intrinsecæ peccati, non autem si ea carentia ponatur tantum extrinsecæ conditio. Verum id non satisficit, nam si Deus conservat conditionem necessariam requisitam ad permanentiam peccati, & sine qua peccatum in anima perseverare non posset, tam bene diceret conservare peccatum, quam si ea conditio vocetur pars inæquata peccati quia tam essentialis est peccato permanen-

ti juxta illos auctores, quam si esset pars intrinsecæ, ut pluribus exemplis deduci potest, & quo patet Suarez, & Valquez vim argumenti non evadere per hoc quod ponitur carentiam condonationis spectare ad peccatum habituale solum per modum conditionis, non autem pars intrinsecæ. Melius ergo respondent Ariaga, & Card. de Lugo negando consequentiam, nam facta suppositione peccati præteriti, potest Deus indirectè velle, ut illud dura, quod hoc nil aliud est, quam illud condonare, quod iustissime potest facere; non tamen idè Deus dicendus est per se causa durationis peccati, quia in communi modo loquendi non dicitur Deus causa rerum, quas loquimur vult ut ex suppositione aliqua nostri peccati, sicut non dicitur abolitè velle damnare homines, & velle mortem eorum, licet supposita hominis imperitentia positivè, & directè velle homo peccavit, & non peccat dicendus est Deus velle durare illud peccatum, quatenus suo jure utendo etiam illi potest condonare, non tamen condonat sed hominem illum odio habet prout est meritis per peccatum præcedens.

Hæc respondentem pluribus modis impugnat Gavatus disp. 1. c. 1. cap. 1. sect. 14. militat enim hæc solutio satisficere videtur ut potest quod non obicitur deducitur ex Scoto a. disp. 46. quæ 4. ubi significat culpam ut in anima perseverantem, non pendere à Deo, nisi ut à causa negativa remota, causa verò proxima est voluntas creatæ illam non retractans, undè inquit, quod si Deus non remittit, est quia ipsa non retractat, & voluntariè continuans in culpa est causa demeritoria ejus, quod est Deum non remittere; vel saltem ipsa voluntas, quando comisit hoc demeritum, licet non semper potest auctorem illum peccati continere. Quare in hoc sensu fallum est, quod in argumento assumebatur, non remissionem pendere totaliter à Deo; nam pendere etiam aliquo modo à creatura, quia Deus promittit peccatori, in quacumque hora ingemuerit peccati deletionem; undè conservatio habituales peccati, ea parte qua culpabilis est, ac iniusta, est ab homine solum; & si conservatur à Deo non remittente aliquo modo, iussit conservari; Imò de potentia absoluta, quia non potest homo pro offensa illa satisficere de condigno, quantumcumque doleat de peccato commisso: si Deus vult acceptare talem dolorem pro sufficienti satisfactorie, & condonare offensam, adhuc conservatio iniusta peccati habituales tribueretur homini, qui sciens se non habere undè Deo satisficere, sufficere, tamen peccare voluit; quare eò ipso consensum præbit saltem interpretativum semper manendi in peccato, quantum est ex se, sicut ille in voluntariè in favorem præcipium dedit, undè videbat exitum esse sibi impossibilem propriis viribus.

Secundo itaque potest melius probari assertio eodem proximo modo, quod hoc ipsum peccatum est supra n. 172. de negatione retractationis, ut idem Gavatus dicitur c. 1. n. 12. negatio remissionis divine supponit in peccatore culpam jam moraliter permanentem, nec ergo essentialiter constitutionem concurrere nequit, nec per modum partis intrinsecæ, nec per modum essentialis conditionis; consequenter patet, & probatur assumptum, etenim quod habitualiter permanet in anima Deo odibile, est primum, & formale obiectum divine remissionis, & condonationis; ergo non tantum supponitur actui divine condonationis; sicut universaliter obiectum supponitur actui potentie, sed etiam ejusdem negationi; hæc etiam consequentia patet, quia obiectum voluntatis non solum supponitur actui positivè voluntatis, sed etiam cuiuslibet suspensioni circa idem obiectum. Conf. quia in macula habituales peccati esse condonatum, & non condonatum sunt extrinsecæ denominationes el provenientes ab actu divine voluntatis condonatio, vel ejus suspensione; sed denominationes extrinsecæ supponunt obiectum denominationum, vel denominandum ab ipsis; ergo sicut denominatio condonationis provenit ab actu condonationis supponit peccatum habituale in suo esse constitutum, ita pariter denominatio non condonati proveniens ex suspensione actus condonationis, etenim in eodem naturæ instanti, in quo voluntas est elicitiva sui actus circa aliquod obiectum, est pariter circa idem suspensionis illius, & quidem hoc argumentum est ad eò obvium, ac evidens, ut nullum inveniam Auctorem ei respondentem. Dices hinc sequi nec ordinationem ad panem esse peccatum habituale, quia hic actus supponit obiectum ordinabile. Resp. ita esse si per hanc ordinationem intelligatur actus divine voluntatis peccatum vindicantis, non verò reatus, & obligatio ex peccato contracta, quam nos ponimus esse culpam habitualem.

Tertio non minus evidenter, quia explicando essentiam habituales culpe per illas negationes remissionis, & condonationis, explicari nequit, qualis sit iste actus voluntatis, qui est condonatio, & quodnam esset ejus obiectum, non enim esse potest volitudo destruendi peccatum, quia hoc non potest destrui nisi ratione privationis talis actus, & si hæc velle destrueret, vellet ipsum ponere, undè hic actus esset reflexus supra seipsum, & voluntas, quam Deus haberet condonandi peccatum, haberet seipsum

seipsum pro formali obiecto. Conf. magis explicando vim argumenti totum hoc habituale peccatum ex actione præterita compositum, & negatione condonationis, tantum delecti potest ratione negationis condonationis, que desistere potest adventiente condonatione, ut per formam oppositam; pars enim altera, nempe actio præterita, destrui non potest, eo enim ipso, quod præterit, implicat non præcessit; Quod si dicas, ut supra dicebam n. 266. & 267. in examine rationum Gavati, & Ovied, posse destrui moraliter per condonationem, & remissionem modo ibi declarato, sicut in eodem sensu dicitur præterit, & permanentis, non autem præterita. Hoc nihil jurat, quia non dicitur permanentis moraliter, & perseverans, nisi ratione negationis condonationis adhuc perseverantis, ergo semper verum est non posse destrui actionem in se jam physice præteritam, sed tantum per destructionem negationis condonationis, ratione cuius dicitur moraliter conservari & perseverare. Ex hoc autem sequitur, quod voluntas destruendi peccatum debet esse voluntas destruendi negationem condonationis, sed talis negatio destrui non potest, nisi per voluntatem ponendi ipsam condonationem; quia non alio modo carentia destruitur, quam per habitum oppositum; ergo illa voluntas condonandi seipsum respicit, tanquam obiectum formale, & adæquatum, quod ipsum Adversarij, ut prius absurdum, concedere reformidant. Quod si quis concederet devorans pro non abduco, neque adhuc per hoc tollitur difficultas, nam eo ipso, quod talis voluntas seipsum respicit, tanquam adæquatum obiectum, & nihil aliud jam non est major ratio cur potius hujus peccati sit condonatio, quam alterius; imò nec aderit ratio, propter quam sit condonatio peccati, quia respiciens seipsum solum pro obiecto adæquato, jam nullum ordinem dicit ad peccatum non enim omnis volitudo sui ipsius est peccati condonatio.

277. Hæc est possimam difficultatem contra sententiam constituentem habituale ex actuali præterito, & negatione condonationis, vel remissionis peccati, pro qua sedenda Card. de Lugo tom. de penitentia disp. 7. sect. 9. varios refert dicendi modos, quos relict, nec modo adsumimus examinare vacat, quia hæc difficultas ex proloquio tractanda est disp. sequen. 37. nunc solum sufficere adducere solutio nem ejusdem. Card. de Lugo, qui ait voluntatem illam peccatum condonandi esse voluntatem affectivam destruendi titulum ortum ex peccato ad prudenter judicandum, peccatore merito, & rationabiliter habetis deo à Deo; sed esse affectum restituendi hominem in statu antiquæ libertatis, & indemnitas, quod totum potest velle Deus abique eo, quod velit formaliter ipsam rem volitionem. Quæ quidem responsio, ut bene Cavatus advertit, vel argumentum relinquunt omnino insolubili; vel Scoti sententiam de formalitate peccati habituales inferius tradendam necesse est, ut fateatur, non enim potest velle Deus non esse illum titulum ad odium, nisi volendo non esse fundamentum illius; vel ergo hoc est peccatum præteritum, & negatio condonationis, ut assertit sententiam, quam modo impugnavimus; vel est illa condignitas, seu reatus ille ex peccato præterito in peccatore derelictus, per quem fit obiectum rationabilis odii Dei, ut infra cum Scoto dicitur; si primum, ergo vel Deus vult non esse peccatum præteritum, peccatore peccasse, quod est impossibile; vel vult non esse carentiam condonationis, quod est velle ipsam condonationem, seipsum velitionem condonandi, atque ita difficultas proposita remanet prolix insolubilis; si secundum; jam sumus in Scoti sententia, nec aliud præstidimus.

Quarta Conclusio.

278. Dico quarto, per illas duas negationes conformitatis ad legem iustam in actu præterito, & ad iustitiam in actu futuro simul, & indivisim non bene explicari essentiam habituales peccati. Hæc statim contra illum modum dicendi Scotistarum quorundam ab injitio arto relatum num. 264. & probatur; quia hinc sequeretur peccatum habituale nunquam ab anima deleri posse etiam de potentia Dei absoluta ratione privationis negationis; & omnia peccata habituales esse ejusdem rationis, specificæ ratione secundæ; probatur prima consequentia, non tollitur negatio, vel privatio à subiecto, nisi positivè forma; cuius est privatio, vel æquivalens; sed conformitas ad legem iustam, que est forma opposita primæ negationi nunquam recuperatur, nec recuperari potest etiam de potentia Dei absoluta, quia fieri nequit quin ille peccaverit; & conformitas ad legem iustitiam tollit solum secundam negationem non autem primam; quia facta utique quod ille non amplius peccator denominetur; non tamen facta, qui peccaverit; ergo si prima negatio spectat ad formalitatem habituales peccati, nunquam perfectè delectitur. Probatur altera consequentia, quia privationes distinguuntur per habitus; at conformitas per contritionem, & penitentiam ad legem iustitiam est ejusdem rationis in omnibus, ut patet; ergo est in huiusmodi negationes; atque ita ex parte istarum peccata habituales specie non disti quantur.

Meld. In Secunda Sententia.

Deinde utraque istarum negationum ponitur ab illis Scotistis pertinere ad habituale per modum privationis; sed hoc esse non potest: tum quia qui post peccatum incidit in amantiam, dicitur peccator, & tamen negatio satisfactoria non est in eo per modum privationis ratione status; tum etiam quia si homo mortuus ac peccaverit, tenetur se justificare, sequitur quemlibet statim ac peccaverit, tenetur ad penitentiam de peccato commisso in tempore vel instanti immediate sequenti, quia in toto illo tempore peccator denominatur, quod tamen nemo Theologorum hucusque dixit. Accedit, quod si utraque negatio per modum privationis ponitur, ut de facto ponitur ab illis; iniquum enim legem iustam obligare hominem, in iustitiam agat; quod si iustitiam obligari à lege justificante, quod est iustitiam; ergo secunda sufficit, & sola spectat ad formalitatem peccati habituales; & prima potius præsupponit huic formam altitiam; undè in Maria Magdalena, quando erat in Civitate peccatrix, quia erat huiusmodi negatio conformitatis ad legem iustitiam per modum privationis, ex hoc loco dabitur intelligi, & præsupponebatur negatio conformitatis ad legem iustitiam, quia si illi se conformaret, debium non incurritur, conformandi legi justificatrici; & contra quia in Maria Virgine erat huiusmodi secunda negatio per modum negationis, ex hac necessario intelligi datur non præcessit primam negationem; ergo prima negatio non spectat ad formalitatem habituales peccati, sed solum illi necessario præsupponitur; si hæc secunda ponitur per modum privationis.

ARTICVLVS QVARTVS.

Recentium rationes diluuntur.

1. Noppositum argumentum. Primo peccatum habituale nihil aliud est, quam peccatum actualis, cuius commissio physice jam præcessit, moraliter permanentis, nec malitiam aliam addit præter illam, que fuit in instanti, in quo fuit commissum, que moraliter permanentis dicitur, sed dicitur ac intellectus alicuius prudentis aliquem peccasse percipit, illum non condigne satisficere, nec Deum condonasse, potest prudenter judicare, quod permanent macula, & offensa; ergo illa potest fundare prudentem adimentionem de permanentia peccati, & consequenter ad componendum peccatum habituale intrinsecè & essentialiter concurrentem; hoc est præcipuum fundamentum Recentiorum, quod late proponit, & profertur Cardinalis de Lugo loc. cit.

Respondet Gavatus disp. 1. c. 1. sect. 14. num. 123. non potest non vehementer mirari Recentiores in eam manifesta adeo dilucidè hallucinatos fuisse, quorum hallucinationem, & deceptionem ostendit per ratiocinationem consilium, nam ac aliquis prudens comprehendit agens aliquod industriale albedinem in subiecto aliquo, & nullum aliud agens eandem albedinem ab illo removere subiecto, prudenter judicare debet subiectum illud esse album; ergo agens inducens albedinem in subiecto, & agens non removens illam intrinsecè, & formaliter constituunt illud subiectum in esse albi; ergo intrinsecè, & formaliter concurrunt ad permanentiam albedinis in subiecto? non tenent hæ consequentia. Simile est argumentum Recentiorum, peccatum præteritum est causa efficiens macule manentis saltem in genere moris, & enim causa demeritoria, ex qua derelinquitur macula in anima; Deus per negationem remissionis le habet, tanquam agens non removens id, quod ex peccato derelictum fuerat, id est, maculam manentem; ergo peccatum præteritum, & negatio condonationis intrinsecè spectant ad formale constitutum peccati; non sequitur. Sed facile negabit Recentiores argumentum solum esse consilium nam inquit Suarez tract. 5. de peccatis disp. 8. sect. unica num. 12. denominationem peccatorum non fieri ab actu præterito, sed a quodam effectu morali, qui consequitur fieri per illam actum secundum rectam, & prudentem existimationem; quod explicat à similibus peccato omissionis pure, si fiat; nam qui sic peccat, verissime dicitur actu te avertere à Deo, & se convertere ad seipsum, vel aliam creaturam, ut ad ultimum finem; non quia realem actum efficiat, sed quia moraliter ita se habet, ac si id velle; ita in proposito iste dicitur moraliter avertere a Deo, quia id voluit, & nunquam mutavit voluntatem, nec contemnitus est peccati remissionem. Quod adhuc clarus constat de Deo non remittente culpam, nec removenente maculam à peccato derelictam; non enim inquit Deus, ut agens eam non removens, intrinsecè, & formaliter eponere eam macule constitutionem, sed sicut esse ipsam rem negationem condonationis, & remissionis à Deo procedentem, aliud aliter efficiat de negatione alicuius forme, aliud de causa ipsius efficientis, quatenus non incholetur in subiecto formam oppositam; quamvis ergo dicant Recentiores negationem condonationis formaliter, &

A 4. finis.